

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

THE FEAST OF ST JOHN THE EVANGELIST

December 27 - The Third Day in the Octave of Christmas

Ecclesiasticus 15. 5; Ps. 91: 2

IN medio Ecclesiae aperuit os ejus: et implevit eum Dominus spiritu sapientiae, et intellectus: stolam gloriae induit eum. *Ps.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. Gloria Patri.

ECCLESIAM Tuam, Domine, benignus illustra: ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistae illuminata doctrinis ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigeniti Tui nova per carnem nativitas liberet; Quos sub peccati jugo vetustat servitus tenet. Per eundem Dominum.

Ecclesiasticus 15. 1-6

QUI timet Deum faciet illud et qui continens est justitiae apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata et quasi mulier a virginitate suscipiet illum cibabit illum panem vitae et intellectus et aqua sapientiae salutaris potabit illum: et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur et exaltabit illum apud proximos suos, et in medio ecclesiae aperiet os illius

INTROIT

In the midst of the Church the Lord opened his mouth: and filled him with the spirit of wisdom and understanding: He clothed him with a robe of glory. *Ps.* It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father.

COLLECT

Of Thy goodness, O Lord, shine upon Thy Church, that, enlightened by the teachings of blessed John, Thy Apostle and Evangelist, she may attain to everlasting gifts. Through our Lord.

COMMEMORATION of Christmas

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the new birth of Thine only-begotten Son in the flesh may set us free, who are held by the old bondage under the yoke of sin. Through the same Jesus Christ.

EPISTLE

He that feareth God will do good: and he that possesseth justice shall lay hold on her, and she will meet him as an honourable mother. With the bread of life and understanding she shall feed him and give him the water of wholesome wisdom to drink: and she shall be made strong in him, and he shall not be moved: and she shall hold him fast, and he shall not be confounded: and she shall exalt him among his

adimplebit illum spiritu sapientiae et intellectus et stolam gloriae vestiet illum. Jucunditatem et exultationem thesaurizabit superillum et nomine aeterno hereditabit illum. Dominus Deus noster.

John 21. 23, 19

EXIIT sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit Jesus: No moritur. Sed: Sic eum volo manere, donec veniam: tu me sequere.

John 21. 24

ALLELUIA, alleluia. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: et scimus, quia verum est testimonium ejus. Alleluia.

Matthew 2. 13-18

IN illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere Me. Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus sequentem qui et recubuit in cena super pectus ejus et dixit Domine quis est qui tradit te? Hunc ergo cum vidisset Petrus dicit Jesu: Domine hic autem quid? Dicit ei Jesus si sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu Me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus non moritur sed: Sic eum volo manere donec veniam: quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his et scripsit haec et scimus quia verum est testimonium ejus.

Ps. 91. 13

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur.

neighbours, and in the midst of the Church she shall open his mouth, and shall fill him with the spirit of wisdom and understanding, and shall clothe him with a robe of glory. The Lord our God shall heap upon him a treasure of joy and gladness, and shall cause him to inherit an everlasting name.

GRADUAL

This saying therefore went abroad among the brethren, that that disciple should not die. And Jesus did not say: He should not die. But: So I will have him to remain until I come: follow thou Me.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. This is that disciple who giveth testimony of these things: and we know that his testimony is true. Alleluia.

GOSPEL

At that time Jesus said to Peter: Follow Me. Peter turning about saw that disciple whom Jesus loved following, who also leaned on His breast at supper and said: Lord, who is he that shall betray Thee? Him therefore when Peter had seen, he saith to Jesus: Lord, and what shall this man do? Jesus saith to him: So I will have him to remain till I come, what is it to thee? Follow thou Me. This saying therefore went abroad among the brethren, that that disciple should not die. And Jesus did not say to him: He should not die; but: So I will have him to remain till I come: what is it to thee? This is that disciple who giveth testimony of these things, and hath written these things: and we know that his testimony is true.

OFFERTORY

The just shall flourish like the palm tree: he shall be multiplied like the cedar that is in Libanus.

SUSCIPE, Domine, munera quae in ejus tibi solemnitate deferimus, cujusnos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

OBLATA, Domine, munera, nova Unigeniti Tui nativitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus: Quia per incarnati Verbi mysterium, nova mentis nostrae oculis lux tuae claritatis infulsit: ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilem amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus sine fine dicentes:

John 21. 23

EXIIT sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit Jesus: No moritur; sed: Sic eum volo manere, donec veniam.

REFECTI cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices deprecamur: ut, in cujus haec commemoratione percepimus, ejus muniamur et precibus. Per Dominum.

PRESTA, quaesumus, omnipotens Deus: ut natus hodie Salvator mundi, sicut divinae nobis generationis est auctor; ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui Tecum vivit et regnat.

SECRET

Receive, O Lord, the gifts we bring to Thee on the feast of him, by whose pleading we hope to be delivered. Through our Lord.

COMMEMORATION of Christmas

Sanctify, O Lord, the gifts offered to Thee, by the new birth of Thine Only-begotten Son: and cleanse us from the stains of our sins. Through our Lord.

CHRISTMAS PREFACE

It is truly meet and just, right and availing unto salvation that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Because by the mystery of the Word made flesh the light of Thy glory hath shone anew upon the eyes of our mind: that while we acknowledge Him to be God seen by men, we may be drawn by Him to the love of things unseen. And therefore with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

COMMUNION

This saying therefore went abroad among the brethren, that that disciple should not die. And Jesus did not say: He should not die; but: So I will have him to remain until I come.

POSTCOMMUNION

We who have been refreshed by heavenly food and drink, humbly entreat Thee, O our God, that we may be strengthened also by the prayers of him, in whose commemoration we have received them. Through our Lord.

COMMEMORATION of Christmas

Grant, we beseech Thee, almighty God, that as the Saviour of the world, born on this day, is the Author of our heavenly birth, so He may also be to us the Giver of immortality: Who with Thee liveth and reigneth.